

non idcirco quod eum omnino adfinem mihi nollem, *CHA.* hem.

*DA.* tace.

*CHR.* sed amicitia nostra quae est a patribus nostris tradita,  
non aliquam partem, *sed* studui adauctam tradi liberis.

10 nunc quom copia ac fortuna utrique ut obsequerem dedit, 10

detur. *PA.* bene factum. *DA.* adi atque age homini gratias.

*CHA.* salve, Chremes, amicorum meorum omnium  
amicissime. quid? mihi non minus est gaudio

me repperisse, ut habitus antehac fui tibi, 15

15 quam *mi euenire nunc* id quod *ego* abs te expeto. 14

*CHR.* animum, Charine, quo[ad]cumque adplicaueris,  
studium exinde ut erit, tute existimaueris.

*PA.* id ita esse facere coniecturam ex me licet

*CHA.* alienus abs te tamen qui esses noueram.

20 *CHR.* ita res est. gnatam tibi meam Philumenam 20  
uxorem et dotis sex talenta spondeo.